PLATO. ARISTOTELES
Entstehungsort unbestimmt (Tirol?), 3. Viertel 15. Jh. Seite 112v
Quelle: http://manuscripta.at/?ID=35041
Copyright: Brixen/Bressanone, Priesterseminar/Seminario Maggiore



Gla Quem tu inquit ac alij similiter appellant solem
dicis scilicet Gla Non igitur visum huic erga deum sic se
dicemus hre Gla Quo inquis So Non quidem visus
sol ipse est aut in quo gignitur quod oculum solemus app
ellare Gla Non utique So Sed solare quoddam potius ita
sensu ut puto organa So Prorsus So Quam igitur
habet potentiam nonne ab hoc reseruatam ut in fusa
possidet Gla Omnino So Non ergo sol visus est unde cau
sa ipsius ens ab illo cernitur Gla Sic arbitror So
huic igitur inquam boni natum me puta dicere quem sibi
proportionatum bonum idem procreauit et quemadmodum id in loco
intelligibili ad intellectum ac intelligibilia se se habet
similiter huic in visibili ad visum in visibilia que putato
se hre Gla Quo inquis ex plana iterum So Oculos
inquam nosti nisi prius quispiam ad ea vertat quorum
colores diurnum palam lumen detegit ut in tenebris
errare et cecis similes videri tamquam puro visu in hijs
non existente Gla Et maxime inquit So Cum autem
ut puto sol affulserit clare intuentur ac vicissim
illis lux videtur in esse Gla Quid ni

Solem boni natum appellat

Capitulum decimum tertium Et dei intelligentia sumi
et soli bona idea sit qua mediante per intelligibilem anime
nre partem que percipi queunt intelligimus Socrates Glaco

Per simile inquam in anima spectato et enim cum quibus
veritas et ens luceat inheret nouit et sil
intellectum videtur hre cum autem ad illud quod
in tenebris permixtum corrumpitur ac gignitur intendit
opinatur et obtuse cernens opiniones sursum deorsum
que permutat intellectumque carenti per similis habetur
Gla Prorsus inquit So Quod igitur veritatem hijs
que intelliguntur prebere solet suam quoque intelligenti
prestat potestatem Id recte boni ideam appellabimus